Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Joachim Langens Verbesserte und Erleichterte Lateinische Grammatica mit einem Paradigmatischen und Dialogischen Tirocinio

Lange, Joachim

Halle, 1755

VD18 12464023

Conivgatio I. Activvm.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18565

Visual Library

IMPERATIVVS.

Mi fili, *esto* tua sorte contentus.
O vos condiscipuli, *este* diligentes et pii.
Estote misericordes, quemadmodum pater vester in cælo est misericors.
Omnes pueri cras hora octaua *sunto* in templo.

INFINITIVVS.

Audio, fratrem tuum (fratres tuos) hodie et heri *fuisse* in schola.
Spero, te posthac *futurum esse* diligentiorem.
Spero, vos posthac *futuros esse* diligentiores.
Spero, *fore*, vt posthac discas libentius.
PARTIC. *Futurus* dies lunæ vobis omnibus erit lætus.

CONIVGATIO I.

ACTIVVM.

INDICATIVVS.

Præsens.

Amo Deum, qui me creauit et conseruat.
Si non *amas* Deum, non es verus christianus.
Qui *amat* Deum, is vicissim ab ipso *amatur*.
Amamus virtutem, quia est pulcherrima.
Quia me *amatis*, vos vicissim *amabo*.
Qui Deum non *amant*, sunt miserrimi omnium.

Imperfectum.

Olim *amabam* vitia, sed nunc *amo* virtutem.
Heri *amabas* pietatem et bonos mores.
Frater meus nuper *amabat* Deum, et adhuc *amat* eum.
Amabamus matrem, quia erat pia.
Amabatis olim bonas artes, ideo docti euasistis.
Mei fratres *amabant* patrem tuum, virum bonum.

Perfectum.

Amaui te semper ob probitatem tuam.
Amauisti me semper ex animo, et in posterum *amabis*.
Nemo vestrum virtutem vmquam *amauit*.

Plus-

Plusquamperfectum.

Amaueram te, ſed tu non *amaueras* me.
Frater meus *amauerat* condiſcipulos ſuos, ſed hi non *amauerant* illum.
Amaueramus vos, ſed vos non *amaueratis* Deum.
Laudauerant quidem virtutem, ſed non *amauerant*.

Futurum.

Amabo Deum ex animo per totam vitam.
Amabis virtutem, ſimul ac agnoueris eius pretium.
Mea mater te etiam in poſterum *amabit*.
Amabimus Deum et virtutem, quod optimum eſt.
Amabitis bonas artes, vt heri audiui.
Beati Deum in æternum *amabunt* et laudabunt.
Recitabo ſententiam meam, quando Petrus eam *recitabit*.
Pronuntiabo hanc vocem, ſicut eam reliqui *pronuntiabunt*.

CONIVNCTIVVS.

Præſens.

Rogat et rogabit me, vt *amem* Deum ſincere.
Rogo et rogabo te, vt *ames* veritatem.
Rogat et rogabit fratrem, vt *amet* ſapientiam.
Hortatur et hortabitur nos, vt *amemus* iuſtitiam.
Hortatur et hortabitur vos, vt *ametis* iuſtitiam.
Hortatur et hortabitur illos, vt *ament* iuſtitiam.

Imperfectum.

Rogabat, (rogauit, rogauerat) me pater tuus, vt *amarem* Deum.
Hortabatur (hortatus eſt, erat) te frater tuus, vt *amares* virtutem.
Dehortabatur (dehortatus eſt, erat) te frater tuus, ne vitia *amares*.

Perfectum, plusquamperfectum et futurum.

Quamuis eum *amauerim*, tamen me non redamat: *cet.*
Quamuis eum *amauerimus*, tamen nos non redamat.
Amauiſſem hunc, ſi fuiſset probus.

Si

Si *amauisſem* hunc hominem, me *redamaret*.
Vtinam Deum *amauisſem* (es, et) ex animo: *cet*.
Si *amauero* (is, it) ſapientiam, ſapiens euadam (es, et).
Si *amauerimus* (itis, int) iuſtitiam, erimus (eritis, erunt) iuſti.

IMPERATIVVS.

Ama, amate, amato, amatote, amanto non ſolum amicos: ſed etiam inimicos.
Tu Deum *lauda*, et vos illum quoque *laudate*.

INFINITIVVS.

Decet chriſtianum, Deum ac pietatem *amare*.
Spero te *amare* Deum.
Audio te *amauiſſe* Deum.
Video te *amaturum eſſe* Deum.
Noui vos *amare*, *amauiſſe*, *et amaturos* (as) eſſe virtutem.

Gerundia, ſupina, participia.

Eſt ſane tempus, immo neceſsitas *amandi* Deum.
Promtus ſum ad *amandum* Deum.
Amando reddimur amabiles et accepti.
Eo vel venio *amatum* bonas litteras.
Deus eſt *amatu* dignisſimus: id eſt, amore vel vt ametur.
Omnis puer *amans* virtutem fit probus.
Pueri pietatem *amantes* parentibus ſunt cari.
Puer *amaturus* Deum amat etiam condiſcipulos ſuos.

PASSIVVM.

INDICATIVVS.

Præſens

Amor a præceptore, quando ſum probus et obediens.
Amaris ab omnibus piis, quia ipſe pius es.
Meus frater *amatur* a nemine, quia eſt improbus.
Amamur ideo a Deo, vt ipſum amemus.
Vos impii a Deo *amamini*, vt ipſum ametis.
Vitia *amantur* immo laudantur ab improbis.

Im-

Imperfectum.

Amabar immo laudabar heri ob diligentiam meam.
Amabaris nudius tertius ob probitatem tuam.
Amabatur meus frater olim a paucis hominibus.
Ego et soror mea *amabamur* semper a matre.
Vos heri non *amabamini*, quia eratis petulantes.
Tui condiscipuli heri *amabantur* a præceptore.

Perfectum et plusquamperfectum.

Amatus sum a Deo, creatore meo, ab æterno.
Amatus es, mi frater, a parentibus nostris.
Amatus est a me frater et amata est soror.
Amati sumus ab omnibus bonis viris.
Amati estis olim, sed nunc non amamini.
Amati sunt a patre omnes probi filii.
Amati eramus ab hoc homine propter pecuniam.
Amati eratis ab omnibus propter diuitias.
Amati erant ob honestatem morum.

Futurum.

Amabor a parentibus, si fuero amabilis.
Amaberis a præceptore, si fueris amore dignus.
Amabitur tua pecunia, non tua virtus.
Amabimur a paucis ob probitatem nostram.
Amabimini non tantum a Deo, sed etiam ab omnibus pijs hominibus: si etiam posthac eritis tam diligentes, sicuti adhuc fuistis.
Amabuntur tui fratres ab omnibus propter ipsorum modestiam et honestatem.
Laudabuntur omnes diligentes ob diligentiam suam.

CONIVNCTIVVS.

Præsens.

Operam dabo, vt *amer* a meo præceptore.
Mi fili, vt *ameris*, amabilis esto.

Nescio

Nescio, an *ameris* a fratre tuo, sicut ego amor.
Pius esto frater tuus, vt *ametur* a cunctis.
Operam dabimus, vt *amemur* a præceptore.
Mei filii, vt *amemini*, amabiles estote.
Pii sunto fratres tui, vt *amentur* a cunctis.
Aequum et iustum est, vt boni a bonis *amentur*.

Imperfectum.

Amarer hodie, si heri fuissem diligens.
Vtinam *amareris* a singulis, vti ego amor.
Frater tuus *amaretur*, nisi amore esset indignus.
Nos omnes *amaremur*, si amore essemus digni.
Vtinam vos omnes hodie *amaremini* ab omnibus.
Etiam impii *amarentur*, si pii fierent.

Perfectum.

Nescio, an vmquam *amatus sim* a tuo patre.
Dubito, an *amatus sis* a parente meo.
Non dubito, quin *amatus sit* frater a fratre.
Nescio, an heri *amati simus* a te.
Dubito, an *amati sitis* a parente.
Non dubito, quin *amati sint* fratres a fratribus.

Plusquamperfectum.

Vtinam *amatus essem* a vobis ex animo.
Nisi *amatus esses* a me, non redamares me.
Si *amatus esset* frater meus, gauderem.
Vtinam *amati essemus* ab omnibus sincere.
Nisi *amati essetis* a nobis, non amaretis nos.
Si *amati essent* fratres nostri, gauderemus.
Si *laudati essemus*, vicissim alios *laudaremus*.
Vos *laudati essetis*, si fuissetis laude digni.
Nisi fratres laude indigni fuissent, *laudati essent*.

Futurum.

Si *amatus fuero* a vobis, vos mutuo amabo.
Nisi *amatus fueris* ab hoc, hunc vix amabis.
Quando *amatus fuerit* frater meus, gaudebit.

Landesbibliothek Oldenburg

Si *amati fuerimus* a vobis, vos vicisſim amabimus.
Niſi *amati fueritis* ab hoc, hunc vix amabitis.
Quando *amati fuerint* fratres mei, gaudebunt.

IMPERATIVVS.

Frater dicit: *amare* a meis parentibus.
Deus ipſe quaſi dicit ad nos: *amamini* a meis angelis.
Amator (ameris) a noſtro præceptore: quod ego tibi non inuideo.
Soror mea *amator (ametur)* a matre, vt ſit poſthac probior.
Amaminor a veſtro præceptore: ego facile permitto.
Deus dicit: probi filii *amantor* a ſuis parentibus.

INFINITIVVS.

Spero, te *amari* ab omnibus: id eſt, quod ameris.
Video et audio, vos *amari* a patre: id eſt, quod amemini.
Non dubito, fratrem *amari* a te: id eſt, quin frater ametur.
Video, intelligo, me *amatum eſſe* a te: id eſt, quod amatus ſim.
Audio, vos *amatos eſſe* a patre: id eſt, quod amati ſitis.
Spero, me *amatum iri* a fratre: id eſt, fore, vt amer.
Spero, nos a bonis *amatum iri*: id eſt, fore, vt amemur.
Spero, has litteras a vobis *amatum iri*: id eſt, fore, vt amentur.

PARTICIPIVM.

Hic puer a te *amatus*, te vicisſim amabit.
Hæc filia a matre *amata*, amabit pietatem.
Hoc animal *amatum* inſecutum eſt nos.
Hi viri a nobis *amati* vobis benefecerunt.
Deus eſt *amandus* omnibus chriſtianis.
Hæc virtus *amanda* eſt ob dignitatem ſuam.
Verbum Dei *amandum* eſt ab omnibus cultoribus.
Etiam hoſtes ſunt *amandi* ſecundum Dei præceptum.

CON-

Landesbibliothek Oldenburg

CONIVGATIO II.

ACTIVVM.

INDICATIVVS.

Doceo te, tu *doces* me, ille *docet* nos omnes.
Nos *docemus* vos, et vos *docetis* eos, qui *docent* omnes.
Docebam fratrem: quem tu *docebas*, et ille *docebat*.
Docebamus fratrem: sicut vos hodie *docebatis* eos, qui nos heri *docebant*.
Docui te melius, quam *docuisti* alios.
Docuit frater meus alios, sicut nos *docuimus* ipsum.
Docuistis hodie illos, qui heri *docuerunt* alios.
Docueram in schola, vbi tu ipse *docueras*.
Docuerat in loco, vbi nos nunquam *docueramus*.
Docueratis me, antequam vos alii *docuerant*.
Docebo te, qui me et fratrem nunquam *docebis*.
Docebit nos artem, quam nos *docebimus* alios.
Docebitis eos, qui posthac *docebunt* alios omnes.

CONIVNCTIVVS.

Si vis, vt *doceam* fratrem, *doceas* me ante: non enim noui alium, qui me doceat.
Doceamus nos inuicem: sic habebitis, quod *doceatis*; aut alii *doceant* melius.
Ego te *docerem* hoc: si me vicissim illud *doceres*, aut si frater tuus *doceret* vtrumque nostrum.
Vtinam nos *doceremus*, ac vos *doceretis* hos pueros: ita enim illi aliquando alios *docerent*.
Nescio, vtrum ego *docuerim*, aut tu *docueris*, aut frater tuus *docuerit* hunc hominem.
Dubito, vtrum nos *docuerimus*, an vos *docueritis*, an fratres tui *docuerint* hunc seruum.
Docuissem te hodie: si tu me heri *docuisses*, aut frater tuus *docuisset*.